

vicit Huelsen; de Rossi atti dell' accad. pontif. archeol. ser. II t. 2 tab. IV imaginem).
— 1) *Repositionem subscalarem. Cf. O. Richter Herm. 20, 1885 p. 99.*

6035 insula Arriana Polliana [C]n. Al[le]ji¹ Nigidi Mai, locantur ex [k.] Iulis primis tabernae cum pergulis suis et c[e]nacula² equestria³ et domus. Conductor convenito Primum [C]n. Al[le]ji¹ Nigidi Mai ser.

Pompeii pictum in pariete (IV 138 p. 195 semel ut videtur descripta). — 1) Gn. Alifi traditur. Cf. supra N. 5143. — 2) coenacula traditur. — 3) Lectio corrupta (equil. tria coniecit Zangemeister, et vestibula Mommis.).

Aliam locationem Pompeianam habuimus supra N. 5723.

6036 hospitium hic locatur, | triclinium cum tribus lectis.

Pompeii pictum in pariete (IV 807 vedit Zangemeister).

6037 Mercurius hic¹ lucrum | promit[t]it, Apollo salutem, | Septumanus hospitium | cum prandio. Qui venerit, | melius utetur post; | hospes, ubi maneas prospice.

Lugduni (XIII 2504 descr. saec. XVII Iacobus Spon). — 1) *Vocabulum insertum contra metrum.* — *Supra portam xenodochii titulum collocatum fuisse Sponius recte censet.*

6038 hospes, hospitium t[i]bi | ad lucum Decidiorum. | Hic lucus sacer macerie | cinctus cum adjitis suis agro non cedit.

Capuae (X 4104 vedit Mommsen). — *Titulum sepulrale ut videtur (cf. supra N. 1849 v. 6, et infra inter sepulcrates) tamen hic collocare placuit.*

6039 si nitidus vivas, | eccecum domus exornata est; | si sordes, patior, | sed pudet, hospitium.

Tarracone (II 4284 vedit Huebner). Buecheler carm. epigr. n. 882. — *Tabulam in domo privata hospitum cubiculis adfixam fuisse existimat Huebner.*

6040 Genio populi Lambesis felici[t]er! et qu[i] | in Aeli Rufi [intr]av[e]ris, annos dulces habet[o]!

Lambaese in opere musivo (VIII 2600 aliquoties ut videtur descripta).

6041 invida sidereo rumpantur pectora visu,
cedat et in nostris | lingua proterva locis.
Hoc studio superamus avos gratumque | renidet
aedibus in nostris summus apex operis.

Feliciter.

Prope Sitifim, opus tessellatum, in quo caput Oceani et Nereides (VIII 8509 imago est Recueil de notices et de mémoires de la société archéol. de Constantine 27 p. 245 tab.). Buecheler n. 885.

6042 plura faciatis, me|liora dedicetis.

Sitifi, in opere tessellato pavimenti antiqui (VIII 8340 ad delineationem editam in actis societatis archaeologicae Constantinienis 1873/48; alias inscriptio[nes eiusdem pavimenti mutilas omisi). Similis inscriptio in parva basi marmorea usus incerti VI 29848.